



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Michaelis Archangeli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

vius, per Scripturas. III. Superius, per Promissiones. IV. Inferius, per Cominationes. V. Anterius, per Beneficia. VI. Posterius, per Flagella. Hugo Card. in Gen. c. 28.



FESTUM S. MICHAELIS Archangeli.

Excellen-
tia eius.

THESIS I. Michaël unus de Principibus. Dan. 10. v. 13. S. Michaël trinâ eminentiâ fulget: I. Supra Angelos, quorum est Superior. II. Supra Demones, quorum est Triumphator. III. Supra Ecclesiam, cuius est Protector: & quidem supra Angelos in dignitatis perfectione, in Imperij auctoritate, in praelatione: supra Demones, quia Luciferi luxuriam spiritualem charitate vicit, superbiam humilitate superavit, invidiam dilectione triumphavit: supra Ecclesiam, utpote Protector Ecclesiae Christianorum, Impe-

perij Romanorum, Monarchiæ Fran-
corum. Vivien in Tertull. verbo Angeli.

THESIS II. Michaël Archang. ^{Ejus fa-}
lus. Judæ. v. 9. Tria de eo sunt mi- ^{cta.}
rabilia. I. Christum in Stabulo pri-
mus Adoravit. II. Christum in hor-
to Consolatus est. III. MARIAM
in Assumptione transtulit in cœlum.
Primum affirmat S. Chrysoft. Se-
cundum Metaphrastes, Tertium Grego-
rius Turonens. Vide Paul. Barry in
Devotione erga Angelos cap. 7. fol. 133.
& 126.

THESIS III. Factum est prælium ^{Ejus præ-}
magnum. Apoc. 12. v. 7. Triplex ^{lium.}
prælium Michaëlis cum Lucifero par-
tim jam confectum, partim adhuc con-
ficiendum legitur. I. In Cœlo. II.
In Incarnatione. III. In fine Mundi. Vi-
de Cornel. à Lap. in Apocal. c. 12. fol. 199.
col. 1. & fol. 208.

THESIS IV. Nusquam est se- ^{Securitas}
curitas, fratres, neque in Cœlo, neque ^{nullibi.}
in Paradiso, multò minus in Mundo.
I. In Cœlo enim cecidit Angelus sub
præsencia Divinitatis. II. Adam in
Paradiso de loco Voluptatis. III. Ju-
das

das in Mundo de Schola Salvatoris. S.
Bern. serm. de ligno, feno, & Stipula.

Diaboli
tres dam-
nationes.

THESIS V. *Proiectus est Draco.*
Apoc. 12. v. 9. Tres sunt damnatio-
nes diaboli. I. Quando de coelesti
Beatitudine propter iniquitatem fuit
dejectus. II. Quando per Mortem
Christi genus humanum de ejus pote-
state fuit ereptum. III. Tertia da-
mnatio erit, quando in Infernum cum
omnibus impijs in æternum crucian-
dus demergetur. S. Ambros. in c.
20. Apocal. Et in omnibus his S.
Michaël de diabolo triumphat.

Ejus se-
quaces.

THESIS VI. *Quis ut Deus? Quo-
tuor Luciferi dantur.* I. Qui Arcana
Dei investigare volunt. II. Qui judi-
care audent proximos. III. Superbi,
& Libertini. IV. Qui peccato mor-
tali offendunt Deum. Omnes hi ter-
rentur nomine Michaëlis, sicut recte
Ulysse Aldrovando l. 13. Ornitholog.
Pavo sua voce terret venenata anima-
lia. Faber in auctar. hic. Cong. 1.

Virtutes S.
Michaëlis.

THESIS VII. *Consurget Mi-
chaël Princeps.* Dan. 12. v. 1. Virtu-
tes S. Michaëlis Luciferi vitijs opposi-

te magis elucescunt. I. *Humilitas* ipsius de *Luciferi Superbia* triumphavit. II. *Submissio* ipsius de illius *Inobedientia* III. *Gratitudo* ipsius de illius *Ingratitudine* victoriam retulit.

THESIS VIII. *Michaël unus de Principibus*. Dan. 10. v. 13. I. Sanctus *Michaël* est *Defensor Jurium* *Divinatorum*. II. Est *Angelus Tutelaris*, *Ecclesiæ*. III. Est *Patronus Agonizantium*. *Bretteville*.

Ejus officia.

THESIS IX. *Michaël & Angeli ejus præliabantur*. Apoc. 12. v. 7. *Luciferi triplex damnatio.*
Triplex triumphus S. Michaëlis ex triplici damnatione diaboli claret, cujus
I. Prima damnatio est, quando de cælesti Beatitudine propter iniquitatem suam est dejectus. II. Secunda damnatio fuit, quando per mortem Christi Genus humanum de ejus potestate est ereptum. III. Tertia damnatio erit, quando in infernum cum omnibus impijs in æternum cruciandus demergetur. S. *Ambrosius*, in c. 20. *Apocal.*

THESIS X. *Proiectus est*. Apoc. 12. v. 9. *Quare peccatum momentaneum* *Peccati pena æterna.*

neum supplicio æterno à Deo puniatur? Vide sis Garzia tom. 1. Conc. 30. §. 4.

Omnipotentia

THESIS XI. Deposuit potentes de sede. Luc. 1. v. 52. Divina Omnipotentia suam vim vel maximè in eo ponit, ac ostendit: I. Quodd ex Nihilo aliquid. II. Et vicissim ex aliquo Nihil faciat, seu aliquid annihilat. Sic deponit potentes, qui se aliquid esse putant, & exaltat humiles, qui senihilli reputant.

Via ad Cælum.

THESIS XII. Projectus est Draco ille magnus. Apoc. 12. v. 9. I. Via ad Infernum tendit sursum. Surgam &c. Ascendam &c. II. Via ad Cælum deorsum vergit. Excelsa est Patria, sed humilis est via. S. Aug.

Humilitas

THESIS XIII. Similis ero Altissimo. Isai. 14. v. 14. Ambitio diversa cum humilitate sortem subit: I. Humiles sublimantur ad Gratiam, Superbi labuntur in peccatum. II. Humiles ad Filiationem Dei elevantur, Superbi in dæmonis servitutum persternuntur. III. Humiles in Cælum eve-

vehuntur, superbi in infernum projiciuntur. Vivien. verbo Ambitio.

THEIS XIV. Michaël Princeps Magnus. Dan. 12. v. 1. Michaël est Magnus. I. Per Deum, à quo sublimatur. II. Inter Angelos, quibus præest. III. Supra homines, quos protegit. *La Selve tom. 4. de Sanct.* *Excellètia ejus.*

THEIS XV. Michaël Princeps. Dan. 12. v. 1. I. Rex Regum ex omnibus Subditis suis non habet, in quo Submissio perfectior sit, quàm Michaëlem, II. Salvator Hominum non habet ex Coadjutoribus suis, cujus charitas humilior sit, quàm Michaëlem. III. Deus exercituum non habet Belli Ducem, cujus generositas, & virtus perspectior sit, quàm Michaëlem. *Lant.*

THEIS XVI. Diabolo, & Angelis ejus. Matth. 25. v. 41. I. Imitatorum genus nullum absurdius, quàm illorum, qui diabolum imitantur, affectando cum eo aliquam Independentiam. II. Odiosum magis nullum, quàm illorum, qui cum ipso eatenus gaudium habent, si omnibus alijs damnum inferre possint. III. Nul-

Nullum infelicius eorum, qui velut
iple incorrigibiles sunt, *Diction. A-*
post.

*Pugna
cum dia-
bolo.*

THESIS XVII. *Michaël Princeps
vester. Dan. 10. v. 21.* I. Diabolus
Princeps tenebrarum in insidijs semper
latet, lumen necessarium habemus ad
detegendas ejus machinationes; S.
Michaël eas nobis detegit. II. *Inimicus
noster* est, qui omnia adhibet media
ad nocendum, ut eum vincamus, ne-
cesse est, ut omnia timeamus; S. Mi-
chaël nobis exemplo præit. III. *Ho-*
stis est, qui in pugnando pertinax est,
oportet ei resistere perpetuò, exem-
plò S. Michaëlis. *Id.*

*Humili-
tas.*

THESIS XVIII. *Quis ut Deus?*
I. Considerando nos ut *homines*, cogi-
tare oportet, quòd nostram excellen-
tiam aliter non perdiderimus, quam
perdendo Humilitatem. II. Consi-
derando nos ut *Christianos*, existimare
debemus, quòd tota nostra excellentia
sita sit in Humilitate. III. Conside-
rando nos ut *fururos Angelos*, nobis
persuadeamus, quòd eò percingere non
valeamus nisi per Humilitatem. *Id.*

FE